# ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

## ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

### ΚΕΦ. ά.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ᾽ ἡμῖν, τὰ δὲ 1
οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. ἐφ᾽ ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ,
ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα
ἔργα· οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις,
δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα
ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύ- 2
θερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ



Cap. I. 1. ὁρμή. Poſt hanc vocem, ἀφορμὴ inſeruit Villebr. δόξαι. δόξα dant codices nonnulli. 2. Poſt ἐλεύθερα, Villebr. εὐσθενῆ inſeruit, non niſi ex uno quidem cod. ſed eo bonæ notæ. ἀπαρεμπόδιστα. ἀπαραπόδιστα ſcribo cum aliis.

# EPICTETI MANVALE.

## CAP. I. (*Ed. Wolf. C.* 1—5.)

Rerum aliæ quidem in noſtrâ poteſtate ſunt, aliæ vero in noſtrâ poteſtate non ſunt. in noſtrâ ſunt poteſtate, opinio, impetus, appetitio, averſatio, atque uno verbo, quæcunque noſtra ſunt opera: in noſtrâ poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio, gloria, magiſtratus, atque uno verbo, quæcunque noſtra non ſunt opera. Ac ea quidem quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, naturâ ſunt libera, quæ prohiberi & impediri nequeant: quæ vero in noſtrâ non ſunt pote-

ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

3 Μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν, μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον. οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινι, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἓν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

4 Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων

ἀσθενῆ, δοῦλα. Inverſo ordine, δοῦλα, ἀσθενῆ, ſcribit idem cod. qui ſupra ἐλευθ. εὐσθ. dedit. 3. Verba οὐδείς σε βλάψει delenda cenſuerunt Mer. Caſaub. et Villebr. 4. οὐδὲ μετρίως. Deleo οὐδὲ cum Vill. ἀλλὰ τὰ μέν. ἄλλων δὲ τὰ μὲν ed. Vill. lubrica auctoritate. Commodum quidem foret τῶν ἄλλων δὲ. πρὸς τὸ παρόν. πρὸς τὸ παρὸν, καὶ προ-

poteſtate, imbecilla, ſerva, quæ prohiberi poſſint, aliena. Memento igitur, ſi, quæ naturâ ſerva ſunt, libera putâris; & aliena quæ ſunt, propria; fore ut impediaris, lugeas, perturberis, Deos hominesque incuſes: ſin id, quod tuum eſt, ſolum tuum eſſe putâris; & quod alienum, uti revera eſt, alienum; nemo te coget unquam, nemo prohibebit, non incuſabis quenquam, nec culpabis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis; neque enim noxium quid patieris. Cum itaque tanta expetas, memento non oportere mediocriter commotum ea attingere; ſed alia omnino mittere, alia in præſens differre. ſi autem & iſta expetas, & magiſtratum gerere,

των τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων 1
εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. Εὐθὺς 5
οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις· πρώτῳ δὲ τούτῳ καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρὸς σέ.



ἡγουμένους σοῦ ἐπιμελεῖσθαι. ed. Meib. & Vill. εὐδαιμ. καὶ ἐλευθ. Inverse scribo ἐλευθερία καὶ εὐδαιμονία. 5. φαντασίᾳ τραχείᾳ. Alii τραχ. φαντ. ἐξέταζε τοῖς κανόσι. Plenius cum Meib. & Vill. scribo ἐξέταζε αὐτήν, καὶ δοκίμαζε τοῖς καν. Dein commode nonnulli τοῖς κανόσιν οἷς ἔχεις, absque τούτοις. διότι οὐδέν. ὅτι οὐδὲν ed. Vill. πρὸς σε. Scribo πρὸς ἐμέ cum Vill.

gerere, et dives esse; fortasse neque hæc ipsa consequere, quippe qui priora ista quoque expetas. illa certe nullo modo consequeris, quibus solis felicitas ac libertas comparatur. Statim igitur omni aspero viso responsare stude, ac dicere, Visum es, ac nullo modo id quod esse videris. deinde explora illud atque examina, iis, quas habes, regulis; hac autem prima regula vel maxime, utrum circa ea versetur quæ in nostra potestate sunt, aut quæ in nostra potestate non sunt, quod si circa aliquod eorum versetur, quæ in nostra potestate non sunt, promptum hoc esto, Nihil ad te.